Noverint universi quod die lune intitulata .viii. septembris anno Domini millesimo .CCC. tricesimo secundo in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum Guillelmus
de Aquilone filius Guillelmi de Aquilone militis quondam et domina Guilla eius uxor posuerunt miserunt et induxerunt reverendum virum dominum fratrem Bernardum Dei gratia abbatem
monasterii Balneolarum in corporalem possessionem cuiusdam hospicii quod iidem coniuges habebant et possidebant in parrochia de Madremanya et mansorum redituum tascharum censuum
agrariorum et aliorum omnium iurium quos et que iidem coniuges habebant et percipiebant in dicta parrochia de Madremanya et in parrochiis Sancti Martini veteris et de Sancto
Saturnino que omnia dicto domino fratri Bernardo vendiderunt ad imperpetuum pro libero et franco alodio precio videlicet quindecim millium quadringentorum solidorum barchinonensium de
terno ut in instrumento ipsius venditionis confecto die et anno subscriptis in posse mei notarii infrascripti plenius continetur. Et in signum tradite possessionis introduxerunt ipsum intus
dictum hospicium ac ei tradiderunt claves eiusdem hospicii et etiam aliquos denarios et aliquantitatem bladi de redditibus et censibus quos recipiebat in dicta parrochia et
in parrochiis tantis et etiam aliquantulum de terra clausi dicti hospicii. Et incontinenti mandaverunt Guillelmo Pagesii tenentori mansi Pagesii et Petro Bisbe tene-
tori mansi Bisbe et Raymundo Carbonelli tenentori mansi Carbonelli et Raymunde de Ffigula tenentrici mansi de Ffigula rusticis. Et Petro Sabater et Pe-
tro Rugerii et eius filio Berengario et Arnaldo Capellani iuvenibus hominibus propriis et solidis ipsorum coniugum presentibus et etiam omnibus et singulis per-
sonis propriis quas ipsi coniuges habebant in dicta parrochia de Madremanya quod incontinenti faciant et prestent homagium dicto domino fratri Bernardo ab-
bati predicto eiusque ut ei ipse voluerit respondeant de omnibus et singulis in quibus eisdem coniugibus tenebantur et tenebant ante dictam venditionem absolven-
do predictas easdem omnes et singulas personas tam mares quam feminas ab omni homagio et fidelitate quibus essent astricti et obligati eisdem coniugibus seu alteri eorundem.
Et incontinenti Guillelmus Pagesii de voleg et Guillelmus et Petrus et Brunissendis et Margarita et Beatrix et Berengaria filii dicti Guillelmi Pagesii. Et Petrus Bisbe
et uxor eius Guillelma et filii eorum Petrus et Maria et Guillelmus frater dicti Petri Bisbe. Et Raymundus Carbonelli et filius eius Berengarius. Et Raymunda de
Ffigula et Brunissendis de Ffigula et Petrus de Ffigula eius sororis filii Guillelmi quondam. Et Guillelma soror ipsius Petri et Raymundus de Ffigula
filii Guillelmi de Ffigula condam. Et Arnaldus Capellani et eius uxor Brunissendis et filii eorum Berengarius et eius uxor Guillelma et Adaladis filia dicti
Arnaldi. Et Petrus Sabater et eius uxor Guillelma et filii eorum Berengarius et Dulcia. Et Petrus Rugerii et uxor eius Guillelma et filii eorum Berengarius
et Raymunda absoluti ut predicitur a dictis Guillelmo de Aquilone et domina eius uxore et de eorum mandato recognoverunt in presentia mei notarii et testium
subscriptorum se esse homines proprios et solidos predicti reverendi domini fratris Bernardi Dei gratia abbatis monasterii Balneolarum presentis nunc omni eorum prole
presenti et futura ratione dicte emptionis facte per ipsum dominum abbatem de predictis omnibus. Et promiserunt esse ei et suis et quibus ipse voluerit
et ordinaverit fideles et legales in omnibus tamquam eorum bono domino et nichil facere vel procurare occulte vel manifeste quare idem abbas
vel sui possit ipsos vel eorum aliquem amittere et quod alius dominus eos lucraret. Et fecerunt ei homagium in presenti. Iurantes omnes per Deum et
eius sancta quatuor evangelia corporaliter tacta predicta inviolabiliter observare et non contravenire aliqua ratione. De quibus omnibus et singulis dictus reverendus
abbas peciit publicum fieri instrumentum. Que fuerunt acta et a predictis omnibus supra nominatis firmata et approbata die lune predicta intitulata .viii. sep-
tembris anno Domini millesimo .CCC. tricesimo secundo presentibus et vocatis testibus fratre Raymundo de Colle sacrista Balneolarum fratre Bernardo de Maiars mona-
cho monasterii Sancti Michaelis de Crudiliis Guillelmo de Bosto sacrista Guillelmo Blanchi clerico Bernardo de Podio diachono ecclesie de Madremanya
et Berengario filio filio G. de Bosto de eodem loco.

Sig+num Francisci Simonis publici notarii substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylario publico Gerunde notario qui predictis omnibus vocatus interfui hoc scribi feci
et clausi.

T. 378 x 365

5-9-1351 nº 668

AMV

Possessio presa per lo abat de [illegible] de madremanya

Nº 100.

es de fol. 140

N. 5 de sre. 28. de madremanya

AC f 180v

Madremanya Sant Martivell i Sant [illegible]

656